



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

Lugduni, 1652-1663

9. De Diuortio ex adulterio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)

Sect. I. De Matrim. Essentia, Recep. Sent. 55

vxor semen intrā vas receptum retinere non valet, licitum est nihilominus copula vri. Quia talis effusio præter intentionem enecit & contraria femineæ sæpè necessariū semen attrahit ad generationem, expulso superfluo. Bonacin. *bic. qu. 4. punct. 6. numer. 17.* Henricus. *lib. 1. cap. 16. numer. 7.* Sanch. *lib. 9. d. 1. numer. 20.* 21. & 22. Rebel. *lib. 3. qu. 16.* Reginald. *lib. 3. r. numer. 334.* Nauar. *cap. 2. numer. 60.* Mortaliter autem peccaret femina statim post coitum mingens, vel quidquam aliud gerens ea intentione, vt receptum semen effundat. Quia faceret contra finem, ad quem semen est à natura institutum. Sanch. *d. 10. numer. 3.* Quod si ex Bellochioj de *casib. reseru. part. 2. qu. 4. numer. 365.* sententia mulier mortaliter non delinquat, quia ex hoc non possit generatio impediri: posset tamen contra conscientiam delinquere. Diana *part. 5. ar. 5. res. 1. 5.*

Quinto requiritur coniugum cohabitatio in eodem thoro, ac domo, quod innuitur verbo illo, *Cohære.* Vnde qui dimittit vxorem, & per alienas provincias sine eius licentia, vel casu vigenti diuagatur, in status mortalis culpæ est, nec absolvendus, donec proponat, ad vxorem redire. Quia subtrahit ei vñs Matrimonij commoditatem, cui ex iusticia obicem apponere non debet. In aliquibus tamen casibus non tenetur vxor viro cohabitare, & contra, verbi gratia, per alterutrum fornicationem: & cum alter trahit alterum ad peccandum, ita vt alter non possit se ab ipso, liberare, quin peccet: & cum alter sit infidelis, vel hæreticus, & cum vnus coniugum timet sibi infectionem lepræ, vel alterius contagiosi morbi, si cum infecto coniuge cohabitaret. Porro vxor tenetur sequi virum vltro mutantem domicilium, quando nullum extat pactum in contrarium. Tolet. *lib. 7. cap. 25.* Nauar. *cap. 16. numer. 25.* Valent. *tom. 4. d. 10. q. 4. punct. 2.* Sanch. *lib. 9. d. 14. numer. 29.*

Profectò cum vxor debeat sequi viri infortium, non per modum pœnæ, sed tanquam omnis Matrimonio annexum: hinc si maritus in exilium pellatur, aut excommunicetur, vel ex causa necessaria aliò transferat domicilium, tenetur vxor illum sequi, quamvis antea pactum fecerit, domicilium aliò non transferendum. Quando verò tempore contracti Matrimonij vir solebat diuagari, & vxori hoc notum erat, modo vir non vagetur ex turpialiqua causa, tenetur sequi virum. Quia censetur, se ad hoc obligari voluisse. Secus dixerim, si femina ignorauit, virum solitum esse vagari, tunc enim non tenetur, cum cum suo notabili incommodo sequi. Rodrig. *tom. 1. sum. cap. 15. n. 2.* Nauar. *cap. 13. numer. 10.* Reginald. *lib. 3. r. m. 309.* Sanch. *lib. 1. d. 1. numer. 12.*

Demum in Carminibus illis *num. 107.* præmissis aliæ particule continentur, nempe *Locus, Tempus, Tactus, Votum.* De loco sacro, vbi non licet coniugalem copulam geri, suprà discussimus. De tempore, quo congregi cum vxore fas non est, diximus, cum de Sacra Communionis sermo processit. De tactibus, & osculis inter coniuges ad sextum Decalogi præceptum sermo redibit. Quando verò adstricti castitatis voto coniuges petere, vel reddere possint, aut non possint, in materia de Voto dilucidabimus.

CAPVT IX.

De Diuortio ex adulterio.

Diuortium est *Legitima viri ab vxore, vel vxoris à viro separatio.* Et iuxta Iurisconsultum Diuortium dicitur, vel à mentium diuersitate, vel quā in diuersas partes eunt, qui Matrimonium contrahunt. Tripliciter autem potest accipi. Primò, pro Matrimonij dissolutione quo ad thorum, seu quo ad carnalem copulam. Secundò, pro dissolutione Matrimonij quo ad thorum, & habitationem. Tertio, pro repudio, & pro dissolutione Matrimonij quo ad vinculum. Differunt verò diuortium, & repudium, quod diuortium de sola vxore, atque ad Matrimonium consummato dicitur: repudium autem de vxore, & de sponsa de præfenti nondum cognita. Sanch. *lib. 10. d. 1. numer. 1.* Bonac. *bic. qu. 4. punct. 5. numer. 1.* Sylui. in *supplem. qu. 62.*

Diuortium quo ad vinculum siue repudium apud Hebræos antè Euangelium, vel licuit ex Dei dispensatione, vel quidem permixtum fuit tanquam minus malum ad maiora vitanda. Apud Gentiles permixtum fuit ipsorum legibus, non tamen fuit licitum. Quia pro iis Deus non legitur vnquam dispensasse. Post legem autem Euangelicam, nec ipsis Iudæis, nec aliis infidelibus permixtum est repudium, nec per illud dirimitur Matrimonium. Quia Christus Dominus *Mat. 19. id.* reprobauit. Ideoque Iudæi, & Gentiles repudiantes vxores mortaliter peccant, & cum ad Christianismum conuertuntur, si tempore infidelitatis legitimas repudiarint vxores, cogendi sunt ad illas redire, nisi casus accadat, in quo per conuersionem alterius dirimatur coniugium infidelitatis tempore contractum. Henric. *libro 11. capite 8. numero 13.* Sotus in *4. d. 35. question. 2. artic. 1.* Filliuc. *tratt. 10. numer. 363.* Sanch. *lib. 10. d. 1. numer. 9. & 10.*

Profectò quatuor sunt diuortij causæ, *Adulterium: Hæresis, & Apostasia: Inductio ad peccatum: & Sæuitia.* Sylui. in *supplem. question. 62. artic. 1.*

In primis dissero de Adulterio. Certa fide tenendum, per adulterium Matrimonij vinculum non dissoluit, sed quo ad thorum, & habitationem. Certè adulterium alterius coniugis est causa sufficiens, vt innocens possit à nocente diuertere, vt constat ex verbis Domini *Mat. 5. & 17.* idque ex Matrimonij natura. Quia fidem frangenti fides seruanda quo ad thorum, & habitationem non est.

Matrimonium quo ad thorum, & habitationem dissoluitur per omnes eas species luxurie, in quibus coniux diuidit carnem suam cum alio: & huiusmodi carnis diuisio reperitur primò in omni concubitu naturali cum alio. Quia talis concubitus est adulterium, siue simplex si coniux sit solutus: siue duplex, si cum alio coniugato accadat. Deinde sit carnis diuisio in copula contra naturam siue Sodomitica cum matre, vel femina actiue, aut passiuè, modo sit

E 4 complexa.

126
Diuortium
quod & quod
implex.

127
Licuit iudæis
repudium
Gentilibus
minimè.

128
Quatuor diuortij causæ.

129
De diuortio
ob adulterium.

130
Matrimonium quoad
thorum dissoluitur per
omnes luxurie
species in quibus
coniuget carnis
diuisio.

completa. Tertio fit carnis diuisio per copulam
femine cum femina, modo semen vnus in
vas alterius medio instrumento, vel sine illo
immittatur. Denique copula bestialis satis est
ad diuortium Quia caro coniugis cum bestie
carne diuiditur Bonacin. hic, quest. 4. punct. 5.
num. 1. Sanch. lib. 10. d. 4. num. 1. & 14. Filliuc.
tract. 10. num. 367. Syluest. verb. Diuortii, quest. 7.
Santi. in select. d. 11. num. 12.

¹³¹ At dissolui non potest Matrimonium quo
Minime ad thorum per eas luxurie species, in quibus
autem qua- caro cum alio non diuiditur. Quia tunc non
do caro non violatur perfecte Matrimonij fides. Vnde per
diuiditur. molliem non dissoluitur, siue fiat adminicu-
lo proprio, siue alieno extra vas naturale, vel
pæpostherum. Item nec per oscula, ample-
xus, & tactus libidinosos, quamvis ad-
fuerit animus perueniendi ad adulterium.

Neque per immissionem virilis membri in vas
femineum absque seminatione. Neque per re-
ceptionem seminis in vase absque viri admini-
culo: verbi gratia, si in balneo matris
attraheret semen à viro profusum. Neque per
conebitum cum femina, aut bestia, mortuis,
vel cum mulieris statua. Quia hæc non est pro-
pria diuisio carnis cum alio. Copula autem So-
domitica cum propria vxore inuita non est sa-
tis ad dissolutionem. Quia per eam non diuidit
vir carnem suam cum alio. Si tamen vir admo-
nitus ab vxore desistere nollit, tunc haberet
vxor iustam causam diuertendi ob induc-
tionem ad peccatum, de quo inferius. Nauar. con-
sil. 1. de diuor. Syluest. Tabie. Rosel. Caiet. apud
Sanch. lib. 10. d. 1. n. 8. Henric. lib. 11. c. 8. num. 13. &
ipse Sanch. num. 12.

¹³² Quamvis adulterium per se sit causa suffi-
ciens ad diuortium, in aliquibus tamen casibus
In aliqui- bus casibus verè non licet illud facere. Primo quando vtr-
que adulterium que adulterium patrauit, vel crimen æquiva-
ad diuortium lens. Quia paria delicta mutua compensatio-
non sufficit. ne abolentur. Secundò, quando vir expressè,
vel tacitè vxorem prostituit, siue inuitam, siue
volentem: aut conscius adulterij vxoris non
vult prohibere, cum absque suo graui incom-
modo possit. Non sic de vxore conscia adulte-
rij viri, quia si positiuè consentiat, tunc com-
pensabitur: si verò tantum conscia sit, & non
prohibeat, non est satis. Quando autem vir fuit
tantummodò causa remota, & occasio adulte-
rij vxoris, verbi gratia, si illam iniuste domo
expellit, aut necessaria abnegat alimenta: po-
test ab ea diuortium agere. Tertio, quando vxor
fuit violenter oppressa, etiam si ipsa per acci-
dens violentie causam dedisset. Si autem non
per vim præcisam, sed per metum grauem co-
gnita fuerit, posse virum ab ea diuertere, alios
affirmare, alios negare scio, de quo section. 2.
Quartò, si coniugi copuletur alter sub viri
proprij specie latenter, & bona ex parte con-
iugis fide. Quia sicut ignorantia inuincibilis
excusat à culpa, ita & à pena. Idem asseruerim
quando vxor probabiliter credit, virum obiisse,
alij nubit; Quintò denique, quando coniux in-
nocens condonauit alteri adulterium expressè
per verba, aut tacitè per signa. Quod si post
reconciliationem relabatur, non releuatur
condonatione facta, Quia præcedens venia ad
futura delicta non trahitur. Coninch. d. 35.
num. 7. Filliuc. tractat. 10. num. 371. & 372. Hen-
ric. lib. 11. cap. 17. Reginald. lib. 31. numer. 321. &

322. Sanch. l. citata d. 15. vbertin. Diana p. 1.
tractat. 4. resolut. 257.

¹³³ Vt autem coniux in foro conscientie sui
coniugis adulterio diuortium gerere valeat, re-
quiritur, ac sufficit notitia moraliter certa, vel ciar, ut con-
suspicio violenta talis, qualis in foro externo iux in foro
sufficeret, ad conuincendam de adulterio vxor- conscientia
rem, vt accidit, quando ipsa adulterium profi- diuortium
tetur, vel quando inuenta est nuda cum nudo, gerere pos-
vel sola cum solo in lecto, in locis secretis, la- sit.
tebris commodis, & horis electis. Ex solis au-
tem oculis, amplexibus, &c. si alia adminicula
non concurrant, non fit violenta suspicio. Mul-
tò minus sufficiunt xenia, aut verba amatoria.
Sanchez libro 10. d. 12. à numero 39. Sa verb.
Diuortium, numero tertio, Filliuc. tractat.
10. numer. 388.

¹³⁴ Vt verò fiat diuortium in foro externo, re-
quiritur, vt adulterium probetur, & sit noto. In foro ex-
terno: quamvis probatio hæc pro conscientia terro pro-
foro sibi vir ius dicere potest, sublatò scandalo, batio re-
cum defectus probationis non sit ex culpa sua. quiritur.
Diana post alios part. 3. tractat. 4. reso-
lut. 257.

¹³⁵ Coniux innocens conscius adulterij sui con-
iugis potest, secluso scandalo, propria autori-
tate facere diuortium ab adultero, siue deli-
necens po-
ctum sit publicum, siue occultum. Quia iure testi secluso
naturæ fragenti fides, fides non est seruanda scandalo
citra delictum. In foro tamen externo cogen- propria au-
dus est redire, donec adulterium probetur. Ipse thortate
autem innocens coniux, quamvis per excom- facere di-
municationem, vel præceptum à Iudice coga- nortium ab
tur cohabitare, ex natura rei, & secluso scanda- adulterio
lo, non tenetur obedire. Quia præceptum Su-
petioris non obligat in conscientia, quando ex
falsa præsumptione procedit. Nauar. cap. 2. nu-
mer. 21. Coninch d. 35. num. 2. Reginald. lib. 21.
287. Diana part. 3. ar. 4. resolut. 257. Sylui. in suppl.
qu. 61. art. 3.

¹³⁶ Duplici in casu tenetur maritus sub mortali
facere cum vxore adultera diuortium. Primo, Duplici in
casu ten-
quando per diuortium emendationis fructum
sperat, si verò non sperat, sed potius maiora ti-
met incommoda obuentura diuortij occasione, tur maritus
diuortium
puta rixas, & cædes inter ipsum, & parentes facere adu-
vxoris, diuortium gerere non tenetur. Quia mi-
nimè tenetur cum tanto suo incommodo de-
linquentem corrigere in extrema salutis ne-
cessitate non existentem. Secundò tenetur,
quando imminet scandalum, vt si ipse existi-
metur conscius, ac fautor delicti, nec alia ra-
tione valeat scandalum occurrere. Vxor autem
regulariter non tenetur dimittere virum in
adulterio persistentem. Quia est subdita viro,
& ex hoc nullum affolet scandalum obuenire:
communiter enim creditur vxori viri adulte-
rium displicere. D. Thom. in supplem. quest. 62.
art. 2. Sylui. ibidem. Sanchez lib. 10. d. 13. num. 5.
& 10. Tolet. lib. 12. cap. 20. Nauar. cap. 16. num.
18. Coninch. d. 35. dub. 3. Filliuc. tractat. 10.
numer. 390.

¹³⁷ Quando autem coniux vtrique adulterium
commisit, sed alter iam emendatus, potest hic
petere diuortium ab altero non emendato, vtrique
quando eum ad nouit, vt se corrigeret, & re- adulterium
nuit, imò denuo fuit in adulterium lapsus. Quia commissi
quando coniux emendatus monet adulterum, sed alter
offert illi reconciliationem: Ergò si post mo- emenda-
nitionem nò vult emendari, potest emendatus
ab

Sect. I. De Matrim. Essentia, Recep. Sent. 57

ab eo diuertere. Nauar. lib. 4. consil. consil. 1. de diuor. Reginald. lib. 3. numero 321. Henricu. libro 11. capite 17. Sanchez libr. 10. d. 7. numer. 4.

118 Innocens coniux antequam status alteru-
trius mutetur, potest facto diuortio, adulterium
cogere, vt ad se redeat. Quia sententia diuor-
tij facta est in pœnam adulteri, & in fauorem
innocentis, vnde iuri suo renuncians, potest il-
lum in amicitiam reuocare. Ponti. lib. 9. cap. 19.
num. 3. & 4. Diana part. 3. tractat. 4. resolut. 257.
Azor. tom. 1. libr. 13. caput. 14. Coninch. d. 35.
dub. 1.

119 Nulla actio requiritur coniugi adultero, vt
Nulla actio repetat innocentem lapsum in adulterium post
latam diuortij sententiam. Quia retractandum
non est, quod semel recte fuit definitum: &
sententia diuortij non fertur sub conditione
in fauorem rei, sed absolute fertur in illius
odium. Integrum tamen est Iudici, vt eos ex
officio conciliet, illos cogens, quando adest
scandalum, vel manifestum innocentie peri-
culum. Hinc fornicationi dans operam post di-
uortij sententiam, non tenetur admittere adul-
terium à se dimissum, donec per Ecclesiã com-
pellatur. Imò nec tenetur fateri crimen coram
Iudice ex officio procedente, nisi iuridice in-
terrogatus. Reginald. libr. 31. numero 330.
Henricu. libr. 11. capite 17. numero 3. Filliuc.
tractat. 10. numero 378. Sanchez libr. 10. d. 9.
numer. 10.

140 Verum quando coniux innocens mutauit
statum, vel quia in Religione professionem
emisit, vel quia Ordine Sacerdotis est initia-
tus, & postea fornicatus, non potest reddi
adultero relicto, neque officio Iudicis. Quia
iam Monasterio, vel Ecclesiã ius est acquisi-
tum, quod non debet ob delictum amitti. Idem
dixerim, si innocens sit fornicatus post senten-
tiam, sed ante status mutationem. Nam si post-
ea mutet statum, non potest compelli ad redi-
tum cum vxore. Quia vxor priuata est omni
iure, & Iudex ex officio non debet perfectio-
nem statum impedire. Filliuc. tractat. 10. n. 379. Sanchi.
lib. 10. d. 9. numer. 35.

141 Quando adulterium est notorium, vel post
sententiam diuortij, coniux innocens potest
emittere votum simplex castitatis adultero in-
uito, vel ad Religionem transire, vel Sacris Or-
dinibus initiari. Quia coniux adulter priuatus
est omni coniugali iure. Nec propterea necesse
est adulterum etiam profiteri, sed potest ma-
nere in seculo etiam absque castitatis voto.
Sanch. lib. 10. d. 11. numer. 16. Coninch. d. 35. dub.
5. Reginald. lib. 31. numer. 326. Bonacin. hic, qu. 4.
punct. 5. numer. 23. Caueat tamen innocens, ne
Ordines Sacros suscipiat, (addit Bonacin.) aut
Religionem ingrediatur, quando delictum al-
terius coniugis est occultum. Quia fieri po-
test, vt non probato delicto, vxori adulteræ
restituatur, aut sequatur scandalum.

142 Innocens coniux copulam sponte habens
cum adultero coniuge etiam occulto, siue pe-
tendo, siue reddendo, modò adulterij sit con-
sensus, censetur adulterij iniuriam condonare:
ac proinde deinceps, non erit sibi integrum fa-
cere diuortium. Quia copula illa amicitie est
actus, & caro antea per adulterium diuisa ad
vniõnem restituitur, & fit vna cum innocenti
caro; & hoc verum siue copula fiat ante, vel

post diuortium celebratum. Retentio autem
a Iulteri apud innocentem censetur etiam con-
donatio, modo innocens sit certus de adulte-
rio, & ipsum sit ita publicum, vt nulla possit
terguerlatione celari. Idem asseruerim, si in-
nocens sponte, & scienter familiarem sese ex-
hibeat adultero, colludendo, ridendo, ac come-
dendo cum eo: & à fortiori si oscula, & am-
plexus intercedant. Porro hæc tacita con-
donatio solummodò præsumptione nititur, non
veritate; quare si sit animus non condonandi,
non erit in conscientie foro. In foro tamen
externo præsumitur. Quia nullum ius decernit,
esse condonationem. Graf. 2. part. lib. 1. cap. 12.
num. 84. Lopez part. 1. Instruit. cap. 295. Angles
flor. 1. part. de Matrim. quæst. 9. de diuor. artic. 1.
Sotus in 4. d. 36. qu. vii. art. 1. Syluest. verb. Di-
uortium, qu. 9. Filliuc. tractat. 10. numer. 293. Henricu.
lib. 11. cap. 17.

CAPVT X.

De Diuortio ob hæresim, vel apo- stasiam.

143 Altera causa diuortij iure diuino natura-
li, & humano Ecclesiastico est hæresis, Secunda causa
vel apostasia à fide, in qua alter coniux labi-
tur. Est de fide in Tridentino sess. 28. can. 8. defi-
nita veritas, contra quosdam hæreticos admit-
tentes solam fornicationis causam ad diuor-
tium gerendum. Est tamen inter has causas dis-
crimen, quia ob fornicationem conceditur di-
uortium perpetuum ob alias autem causas
nempè hæresim, inductionem ad crimina, &
scuitiam, solum est ad tempus, quo durat.
Quia causa in fornicatione est ex ipsa coni-
ugij natura, eo quod fides promissa violata fuit,
cum autem hæc sit perpetua, ita & dimissio.
Cæteræ autem causæ cum non sint ex coni-
ugij natura, perpetuæ non sunt, ac proinde
tantummodò dum ipsæ permanent, diuortium
permittitur. Bellarm. lib. 1. de Matrim. cap. 14.
Nauar. cap. 12. numer. 21. Sanchez libr. 10. d. 15.
numer. 2.

144 Coniux Catholicus potest autoritate pro-
pria, imò tenetur à coniuge hæretico non re-
sipiscendi recedere. Quia ius naturæ obligat
proprium animæ periculum cauere. Verum
postquam accessit Ecclesiæ sententia damnans
hæreticum, in pœnam admissi hæreseos cri-
minis Ecclesiæ facit ius coniugi Catholico in
perpetuum diuertendi ab hæretico etiam resip-
iscendi. Antè sententiam verò, & condemna-
tionem hæretici tenetur Catholicus resipis-
centem admittere ad coniugale consortium.
Hinc coniuge hæretico iam Ecclesiæ senten-
tia damnato, integrum est Catholico, ad Sa-
cerum Ordinem transire, sicut & ad Religio-
nem, votòve castitatis se adstringere in sæcu-
lo. Ipse verò hæreticus iam damnatus posset
etiam ad Religionem transire, obtenta prius
Catholici licentia; vel sine illa si iam ipse Ca-
tholicus sit professus, vel Ordines Sacros sus-
ceperit. Filliuc. tractat. 10. numer. 396. Sanch. lib.
10. d. 15. numer. 9. Rodrig. tom. 1. sum. cap. 130. numer. 2.
concl. 2.